



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **In Amos, Abdiam, Et Ionam Prophetas, Commentarij Francisci Lamberti Auenionensis**

**Lambert, François**

**Argentorati, 1525**

**VD16 B 3868**

Pars Sexta. Sexto, aduersum Edom, seu Idumæam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35983**

**COMMENTAR. CAPVT I. 19**

unde quaque uolebant, aut cum ob alia aduersa fugiebant ad eos. Propter quod & murum, & aedes Tyri, igne absumenda atq; uastanda praedixit.

**P A R S S E X T A.**

**H**ec dicit Dominus: Super tribus sceleribus Edom, & super quat uor, non conuertam eum, eo quod persecutus sit in gladio fratrem suum, & uiolauerit misericordiam eius, & tenuerit ultra furorem suum, et indignatione suam seruauerit; usq; in finem. Et mittam ignem in Theman, & deuorabit aedes Bosrae.

**H**oc est uerbum Domini, aduersum Edom, siue Idumaeam, aut montem Scir, uel semen Esau, uidelicet quod ob perpetuas inimicitias aduersum Israel, eos non foret conuersurus, sed induraturus, donec mitteret ignem in Theman, regiam urbem Edom, & uastaret Bosrae domos atq; palatia, per quas duas urbes, totius regni Edom uastatio intelligitur. Siquidem Ezech. 35. & in Abdia, ac alijs complurib. locis, ob eandem causam, nepe ob effrenatum, & eundem quidem perpetuum in filios Israel furorem uastandi praedicantur, nimirum imitati Esau patris eorum iniquitatem, persecuti sunt in gladio fratrem

FRANC. LAMB. IN AMOS

trē suū in Israël, & trā usq; in finem seruauerunt, fra-  
tres dicuntur Edom et Israël, q; a duob; fratrib; geniti esse.

Porrò è cunctis Israël'is hostibus, Idumæi, præ ceteris,  
**Antichristorū** & pseudocredentium typum gerunt. Nā  
alij potius, apertos **Christiani** nominis aduersarios figu-  
rant. Illi igitur Idumæi, id est, hypocritæ, credentium fra-  
tres ac **Ecclesiæ** sanctæ filios se esse adserunt, dum pro fide  
libus à cunctis haberi uolunt, & ipsos fratres suos, gladio,  
igne, exilio, rerum spoliatione, et omnigeno opprobrio at-  
que tormento, perdere, et quicquid ad eos spectat, uastare  
nituntur. Perpetuæ quoq; iracundiæ scelus, in sanctos reti-  
nent, & illos, in finem usq; odio habent, q; nunquam fieri  
possit, ut donec in hypocrisi uiuunt, eos uerā dilectione cō-  
plectantur. **Si** filij sunt mendacij ac tenebrarum, illi uero  
filij ueritatis ac lucis, ideo oppositi sunt adfectus eorum.

Sed quid tandem fieri necesse est? **Mittitur** ignis diui-  
næ indignationis omnia uorans, in urbes, & totum regnū  
eorum, ut nihil non absumat. **Nimirum** tempore à deo an-  
te sæcula præfinito adueniente, execrabilem pseudocreden-  
tium, id est, hypocritarum uel **Antichristorum** **Synagogā**,  
& perditissimam factionem, ac **Baby'onem** confusissimā,  
disperire ac deficere necesse est. **Veh** Idumæis istis, sancti  
Israël hostibus aduersatis, quoniam aduersum eos, pro  
ueris Israëlitis uindictam non fieri, impossibile est.

P A R S S E P T I M A .

Hec